Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8444
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mortuus omne genus humanum suscita
uit. et cum curauit nos uiuificauit
et suscitauit in conspectu eius uiuemus.
ibi ergo loquitur propheta de tribus diebus qui
bus dominus fuit in sepulcro. cum dicitur. uiui
ficabit nos post duos dies. et in tercia
die suscitabit nos. i. post duos dies
sepulture ueniet nobis quasi hymbris tem
poraneus et serotinus terre. i. dabit gra
ciam incipientem et subsequentem. Secundus
tractus. dominus audiui auditionem etc.
a bacuch. ultimo c. et quod dicit uersus. in me
dio duorum animalium cognoscis. ad lit
teram intelligitur. scilicet in presepe bouis et asini.
unde ysaias. cognouit bos possessorem suum et
asinus presepe domini sui. uel in medio du
orum latronum. uel in medio duorum
populorum. Secunda lectio est de exodo et habetur
ibi. os non confrigetis. ex eo hoc completum
est quod fregerunt duorum latronum cru
ra. uenientes autem ad ihesum inuenerunt
eum iam mortuum. et non frangerunt eius
crura. allegorice uero non sunt fracte
in eo uirtutes. et maxime patientia. unde ysaias.
dedi faciem meam sicut petram durissi
mam et scio quod non confundar. per crura eius
intelligitur iterum. de quibus in cantico a
bacuch. incuruati sunt colles mundi.
i. homines excelsi per intelligenciam
ab itineribus eternitatis eius. i. exemplo
actionum ipsius. quod ducunt ad eternitatem
tamquam columpne immobiles. i. argen
tee propter eloquentiam. non fundate sunt
super bases argenteas uel aureas
i. rationes immobiles eterne sapiencie.
Secuntur tractus de passione domini.
quia tunc luget ecclesia ualde. et sunt du
o tractus ad intentionem maioris
luctus. scilicet pro peccatis quod committimus. et pro
penis quas patimur. et pro incolatu
qui prolongatur. nec cantatur gra
duale cum tractu sed solum tractus. pro
ut dictum est in. iiii. feria. et in quarta parte
sub. t. de tractu. duo ergo tractus
dicuntur. primus. scilicet dominus audiui. est in quibus
dam ecclesiis. iiii. uersuum. alter plurium. tra
ctus quatuor uersuum significat quod per christi
passionem redimitur homo qui ex quatuor
elementis constat. unde ysaias. nec in celo
nec in terra crucifixus est. sed in medio
i. in aere fecit eius pacem inter celestia

et terrena quam erat inimicicia inter hominem
et hominem. sed maior inter angelum et hominem.
maxima inter deum et hominem. ipse uero christus omni
a pacificauit in cruce. quam fecit utrumque
unum. cum sit lapis angularis. ad hoc per
quatuor uersus tractus significantur
quatuor partes crucis. Secundus uero tractus
scilicet eripe me. prolixior representat ma
gnum bellum. dicitur. cum goliam. et christus uir
dicitur. hodie magnum goliam. i. dya
bolum debellauit. Rursus idem tractus
est longus quia hoc quod nobis promissum est
in lectione osee. ubi dicitur. post duos
dies suscitauit nos. debemus retinere
et in spe. Item in secundo tractu ponitur.
obumbrasti caput meum in die belli.
quia non tantum in alio tempore sed et in die pas
sionis deitas a passione permansit
immunis. immo in passione. christus homo ita
protectus est gratia diuinitatis ut
hostes superaret qui superari uidebatur.
quedam autem ecclesie cantant secundum
tractum. qui habitat in adiutorio.
quia christus a dyabolo primum latenter
temptatus fuit. uelud a drachone
latitante in petra. postea in passio
ne tamquam a leone forti acriter uexa
tus est quod notatur per illum uersum. super
aspidem et basiliscum etc. Secundum
euangelium sui passio. egressus est. io.
c. xviii. quod dicitur hec die. quia ipse interfuit
crucifixioni et iuxta crucem stetit securus
aliis fugientibus. quia notus erat
pontifici. quia ergo hec die passio domini o
culis nostris representatur. merito eius
testimonium prohibuit. et scimus quod testi
monium eius uerum est. preterea ipse posterius
scripsit euangelium. quare uerito posterius
legitur et quia ibi manifestius sunt
sacramenta. unde ibi dicitur. os non comminue
tis ex eo. Item illud. unus militum latus
eius aperuit et continuo exiuit san
guis et aqua. legitur autem hec die passio
super nudum pulpitum. primo ad memo
randum quod super nudum crucis patibulum
nudus fuit positus ipse christus. secundo
ad representandum quod iohannes secundum quod
passio legitur relicta syndone nudus
profugit a iudeis. tercio ad representan
dum quod sicut christus in cruce pendente
ipsius secreta non tam cordis quam

legitur quod uidit et testimonium